



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

De his qui viui reperiuntur. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

mus, & sani dolorum meminimus sine dolore: & inde amplius leti & grati sumus Ex his appareret, q̄li priorum malorum memoriam sancti habebunt in futuro, non eis tamē erit ad pœnam vel gloriæ derogationē, sed aī gratiarum actionem. Si vero quereritur, utrum peccata quæ fecerunt electi, prodeant tunc in notitia omniū, sicut mala damnationis omnibus erunt nota. Non legi hoc expressum in scriptura. Vnde nō irrationaliter putari potest, peccata hic per pœnitentiam recta & deleta, illuc etiam tegi alijs: alia vero cunctis propalati.

Dē his qui viui reperientur.

E
Aug. de ciu:
Dei, lib. 20:
cap. 20.

1 Cor. 15: 6
Ibid. Aug.
ad finem ca-
pituli 20.

Quæri solet, Vtrū illi, quos viuos inueniet Christus, si nunquam omnino morituri sint, an ipso temporis puncto, quo rapiētur obuiā Christo, ad immortalitatē mira celeritate sint transiit? Non nondicēdum est, fieri non posse, ut per aëra in sublimē portetur, in illo spatio & moriantur & reuiuiscāt. Ad hunc a. sensum, quo existimamus illos in paruo spatio & passuros mortem, & accepturos immortalitatē. Apost. nos vrgere videtur, ubi dicit. Omnes in Christo viuiscabimur. Et alibi. Quod seminas non viuiscatur, nisi prius moriatur. Cur a. nobis incredibile videatur, illam multitudinem corporum in aere quodāmodo seminari, atq̄ ibi protinus immortaliter & incorruptibiliter reuiuiscere, cum credamus in iētu oculi futurā resurrectionē, & in membra fine fine victura, tanta velocitate redditurum antiquissimorum cadauerum puluerē. Sed vellem de his potius audire Dd. Si ergo sanctos, qui reperiētur Christo veniente viuētes, eiq̄ obuiam rapiētur, crediderimus in eoden raptu de mortalibus corporib. exituros, & ad eadē mox immortalia reddituros: nullas in verbis apostoli patiemur angustias, generaliter accipiētes illud quod dictum est. Omnes quidē resurgemus, scil. tam boni quam mali: sed non omnes immu-

M III tabi-

1 Cor. 15: 2

*i. Thess. 4.
super illud.
Hoc enim
vobis dici-
mus in re-
sponsione ad
3. q. to. 3.*

tabimur, sc. in solennitatē resurrectionis. De hoc etiam Amb. ait. In ipso raptu eorum, qui viui reperientur, mors erit & resurrectio, ut anima qual per soporē egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Cōtra verò scribēs ad Marcellam Hiero testari videtur, dicēs, quosdam in fine seculi adueniēte Christo non esse morituros, sed viuos reportos in mortalitatē repente mutandos. Horum autē quid verius sit, non est humani iudicij definit.

*Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum &
mortuorum.*

*Aug. in En-
chir. c. 55. in
princip.*

His autem adiiciendum est, duplice intelligi quod dicitur Christus iudicaturus viuos & mortuos. Aut enim viui accipiuntur, qui in aduentu eius viui reperientur, licet in raptu moriantur: & mortui, qui ante decesserant: vel viui & mortui accipiuntur, iusti & iniusti.

Quomodo omnes incorrupti.

Cumq; ex prædictis sanè credi valeat omnes resurrecturos, credendum est etiam, quod omnes resurgent incorrupti: non vtiq; impassibiles, qui reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra, nec tamen gloria ac spe impossibilitatis induentur.

DE ÆTATE ET STATVRA RESVRGENTIVM.

DISTINCT. XLIV.

Ephes. 4. c

Solent autem nonnulli percontari & querere, an in eadem ætate & statura corporis omnes resurrecti sint? Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis & statur Christi: ideo quia Apost. ait, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis & plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in eadem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cui uscunq; ætatis mor-